JERONÝM, DOPIS 15 DAMASOVI

1. Protože Východ dávnou zlostí zmítaný vzájemným bojováním národů postupně na kousky trhá Pánovu neporušenou a vcelku utkanou tuniku a lišky ničí Kristovu vinici, a proto mezi nakřáplými cisternami, jež neudrží vodu, těžko může pochopit, kde se nachází zapečetěný pramen a jím uzavřená zahrada. Proto se mi zdálo rozumné, že se mám držet Petrova stolce a víry, kterou vychválila ústa apoštola (Pavla). Nyní žádám pokrm pro svou duši tam, kde jsem přijal kdysi oděv Kristův. Jistě, ani tak velká šíře tekutého živlu[1] ani dálava rozpínající se mezi zeměmi, (v nichž se nacházíme,) mne nemohou odtrhnout od hledání vzácné perly. *Kde bude tělo, tam se slétnou i supi* (Lk 17,37).[2] Když ubohé potomstvo promrhalo majetek, pouze u vás[3] samotných se zachovává neporušené dědictví otců. Tam země díky úrodné půdě obdaří neporušenost Pánova semene stonásobným užitkem, zde se (ovšem) zrno skryté v brázdách a degeneruje na jílek a divoký oves. Nyní na Západě vychází slunce spravedlnosti, avšak na Východě Lucifer, který padl, umístil svůj trůn nad hvězdami. *Vy jste světlo světa. Vy jste sůl země* (Mt 3,14.13). Vy jste nádoby zlaté a stříbrné. Zde[4] nádoby hliněné nebo dřevěné očekávají železnou hůl a věčný oheň.

2. Ačkoliv mě tvá důstojnost děsí, přijímá mě tvá prostota. Jako oběť očekávám od kněze spásu, jako ovce žádám od pastýře útočiště. Ať zmizí závist, ctižádost obrovské římské moci ať vyhasne, mluvím (totiž) s nástupcem rybáře a učedníkem kříže. Tím, že nenásleduji nikoho jiného než Krista, jsem ve společenství s tvou blažeností, čili s Petrovým stolcem. Vím, že církev byla vybudována na této skále. Kdokoliv jí beránka mimo tento dům, je bezbožný. Kdo se nebude nacházet v Noemově arše, zahyne, když se zvedne povodeň. A poněvadž se pro své hříchy utíkám do její samoty (= do samoty pouště), která lemuje Sýrii a dotýká se hranice s barbary, nemohu ani od tvé Svatosti stále žádat svatého Páně[5], neboť nás odděluje obrovská vzdálenost. Proto tady chodím za tvými spolubratry, Egyptskými vyznavači, a jako malá loďka se skrývám (v brázdách) mohutných přepravních lodí. Neznám Vitalia, odmítám Meletia, nic nevím o Paulinovi. Kdo s tebou neshromažďuje, rozhazuje, neboli kdo není Kristův, je Antikrista.

---

[1] Moře.
[2] Jeroným užívá „orlice“ na místo supi.
[3] Na Západě.
[4] Na Východě.
[5] Eucharistii.

3. Ale nyní, bohužel, po nicejském vyznání a po alexandrijském dekretu, kdy se sjednotil Západ, ode mě, římského muže, ariánské plémě a Venkované[6] žádají nové pojmenování: tři hypostaze. Ptám se, kteří apoštolové to vyřkli? Jaký nový Pavel, učitel národů, vyučoval tyto věci? Tážeme se, jak si oni myslí, že tři hypostaze mohou být chápány. Oni říkají: „Tři existující (*subsistentes*) osoby." My odpovídáme, že tak věříme. Nestačí jim pouze pochopení, prosí, (abych vyslovil) samotný pojem, protože nevím, co jedovatého se v těch slabikách skrývá. Křičíme: „Kdo by nevyznal tři hypostase jakožto tři enhypostase, tedy jakožto tři existující (*subsistentes*) osoby, ať je exkomunikován!" A protože jsme nevyslovili ona slova, jsme považováni za heretiky. Kdo však uvažuje hypostazi jakožto substanci (*usia*) a neříká, že jedna hypostaze je ve třech osobách, nenáleží Kristu a kvůli tomuto vyznání je na nás i na vás vypáleno znamení jednoty.[7]

4. Rozhodněte, zapřísahám vás:[8] jeví-li se vám to vhodné, neobávám se hovořit o třech hypostazích; nařídíte-li to, pak by byla po nicejském vyznání sepsána nová víra a my, pravověrní, bychom podobnými slovy vyznali (svou víru) spolu s Ariány. Veškeré světské vzdělávání (*schola saecularium litterarum*) vyučovalo, že hypostaze není nic jiného, než podstata (*usia*). A ptám se: „Kdo svými proradnými ústy hlásá tři podstaty (*substantiae*)?" Jen jedna jediná je Boží přirozenost (*natura*), která existuje reálně – dosud totiž (platí), že co existuje (*subsistit*), nemá (své bytí) odjinud, ale je jeho vlastní –, ostatní věci jsou stvořené, ačkoliv se zdá, že jsou, (tak vlastně) nejsou, neboť kdysi nebyly, a to, co (už jednou) nebylo, může znovu nebýt. Pouze Bůh je věčný, tedy ten, kdo nemá počátek a skutečně se nazývá „podstata" (*essentia*). Proto také řekl Mojžíšovi z (hořícího) keře:[9] *Já jsem, který jsem*, a dále: *Ten, který je, mě poslal* (Ex 3,14). Tehdy už nepochybně existovali andělé, nebe, země či moře. A jakým způsobem si Bůh přivlastnil pojem „podstaty" (*essentia*)? Protože ale ona jediná přirozenost (*natura*) je nestvořená, a protože ve třech osobách je (*subsistit*) jediné božství, které reálně existuje, (pak) existuje jen jediná přirozenost (*natura*). Kdokoliv říká, že jsou tři, myšleno tři hypostaze, snaží se pod rouškou zbožnosti obhájit tři přirozenosti (*naturae*). A jestli to tak je, proč jsme od Aria oddělení zdí a shromážděni ve falešné víře? Ať je s tvou blažeností zajedno Ursinus a s Ambrožem ať se spojí Auxentius.[10] To ať je vzdáleno římské víře! Takové rouhání zbožná lidská srdce nestráví. Kéž stačí, když řekneme, že je jedna podstata (*substantia*) a tři existující (*subsistentes*), dokonalé, sobě rovné a věčné osoby. Je-li to správné, ať se nemlu-

[6] Stoupenci Meletia jsou Jeronýmem nazývaní *Campenses*. Kdysi totiž byli vyhnání z Antiochie.
[7] Jsme spolu s vámi označeni ohněm jednoty.
[8] Jeroným se obrací na papeže Damasa.
[9] Robus = ostružník.
[10] Ursinus byl zarytým nepřítelem papeže Damasa a Auxentius, který byl Arián, taky mnoho společné řeči nenašel s ortodoxním Ambrožem.

ví o třech, ale ať je zachována jedna hypostaze. Nejedná se o dobrý pojem, když se slova neshodují, ačkoliv význam je tentýž. Kéž nám stačí již zmíněná víra, nebo pokládáte-li za správné, nebráníme se tomu, že musíme mluvit o třech hypostazích s (náležitým) vysvětlením. Ale věřte mi, jed se skrývá pod (zdáním) medu. Anděl satanův se přeměnil v anděla světla (srov. 2 Kor 11,14). Hypostaze vykládají správně, a když já říkám totéž, co oni sami vysvětlují, že mám chápat, jsem prohlášen za heretika. Proč tak přepečlivě střeží to jediné slovo? Proč se skrývají za dvojznačné vyjádření? Pakliže věří tak, jak to vysvětlují, nezatracuji to, co obhajují. Pakliže já věřím tak, jak oni předstírají, že věří, ať mi dovolí mými vlastními slovy vysvětlit význam jejich vyjádření.

5. Pro Ukřižovaného, spásu světa, a pro Trojici, která je stejné podstaty (*homousian*), snažně prosím tvou blaženost kvůli této záležitosti, aby mi byla dána tvými dopisy oprávnění, že buď o (třech) hypostazích musím mlčet nebo o nich mluvit. A aby náhodou nejasnost místa, kde žiju, nezmátla pošťáka, pošli to spaní kněži Evagriovi, kterého výborně znáš. Zároveň mi také naznač, s kým mám v Antiochii vstoupit do společenství, protože Venkované se spojili s heretiky z Tarzu. Žádná jiná věc je nepotěší než, aby zaštítěni autoritou vašeho společenství, mluvili o třech hypostazích ve starém smyslu.

přeložil P. František Staněk

HIERONYMUS, EPISTULA 15 AD DAMASUM

(ed. J. Labourt, Saint Jérôme. Lettres, Collection des Universités de France, I, 45-49)

1. Quoniam vetusto Oriens inter se populorum furore collisus indiscissam Domini tunicam et desuper textam minutatim per frusta discerpit et Christi vineam exterminant vulpes, ut inter lacus contritos qui aquam non habent, difficile ubi fons signatus et hortus ille conclusus sit possit intellegi, ideo mihi cathedram Petri et fidem apostolico ore laudatam censui consulendam, inde nunc meae animae postulans cibum unde olim Christi vestimenta suscepi. Neque vero tanta vastitas liquentis elementi et interiacens longitudo terrarum me a pretiosae margaritae potuit inquisitione prohibere. “Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilae” (Lc 17,37). Profligato a subole mala patrimonio apud vos solos incorrupta patrum servatur haereditas. Ibi caespite terra fecundo Dominici seminis puritatem centeno fructu refert, hic obruta sulcis frumenta in lolium avenasque degenerant. Nunc in Occidente sol iustitiae oritur, in Oriente autem lucifer ille qui ceciderat super sidera posuit thronum suum. “Vos estis lux mundi, vos sal terrae” (Mt 5,13), vos vasa aurea et argentea; hic testacea vasa vel lignea virgam ferream et aeternum opperiuntur incendium.

2. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo, tamen invitat humanitas. A sacerdote victima salutem, a pastore praesidium ovis flagito. Facessat invidia, Romani culminis recedat ambitio: cum successore piscatoris et discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuae, id est, cathedrae Petri, cummunione consocior. Super illam petram aedificatam ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Noe arca non fuerit, periet regnante diluvio. Et quia pro facinoribus meis ad eam solitudinem commigravi quae Syriam iuncto barbariae fine determinat, nec possum sanctum Domini tot interiacentibus spatiis a sanctimonia tua semper expetere, ideo hic collegas tuos Aegyptios confessores sequor et sub onerariis navibus parva navicula delitesco. Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit spargit, hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.

3. Nunc igitur - proh dolor! - post Nicaenam fidem, post Alexandrinum iuncto pariter Occidente decretum trium hypostaseon, ab Arrianorum prole, Campensibus, novellum a me homine Romano nomen exigitur. Qui ista, quaeso, apostoli prodidere? Quis novus magister gentium Paulus haec docuit? Interrogamus quid tres hypostases posse arbitrentur intelligi: «tres personas subsistentes» aiunt. Respondemus nos ita credere: non sufficit sensus, ipsum nomen efflagitant, quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus: «si quis tres hypostases ut tria enhypostata, hoc est ut tres subsistentes personas, non confitetur, anathema sit», et quia voca-

bula non edicimus haeretici iudicamur. Si quis autem hypostasin usian intelligens, non in tribus personis unam hypostasin dicit, alienus a Christo est, et sub hac confessione vobiscum pariter cauterio unionis inurimur.

4. Decernite, obsecro: si placet, non timebo tres hypostases dicere; si iubetis, condatur nova post Nicaenam fides, et similibus verbis cum Arrianis confiteamur orthodoxi. Tota saecularium litterarum schola nihil aliud hypostasin nisi usian novit. Et quisquam, rogo, ore sacrilego tres substantias praedicabit? Una est Dei sola natura quae vere est - ad id enim quod subsistit, non habet aliunde, sed suum est -, caetera quae creata sunt, etiamsi videntur esse, non sunt, quia aliquando non fuerunt, et potest rursus non esse quod non fuit. Deus solus, qui aeternus est, hoc est qui exordium non habet, essentiae nomen vere tenet. Idcirco et ad Moysen de rubo loquitur: «Ego sum, qui sum»: et rursum: «Qui est, misit me» (Ex 3,14). Erant utique tunc angeli, caelum, terra vel maria: et quomodo commune nomen essentiae proprium sibi vindicat Deus? Sed quia illa sola est infecta natura, et in tribus personis deitas una subsistit, quae est vere, una natura est: quisquis tria esse, hoc est tres hypostaseis, dicit, sub nomine pietatis, tres naturas conatur asserere. Et si ita est, cur ab Arrio parietibus separamur, perfidia copulati? Iungatur cum beatitudine tua Ursinus, cum Ambrosio societur Auxentius. Absit hoc a Romana fide: sacrilegium tantum religiosa populorum corda non hauriant. Sufficiat nobis dicere unam substantiam, tres personas subsistentes, perfectas, aequales, coaeternas. Taceantur tres hypostases, si placet, et una teneatur. Non bonae suspicionis est cum in eodem sensu verba dissentiunt. Sufficiat nobis memorata credulitas, aut si rectum putatis, tres hypostases cum interpretationibus suis debere nos dicere non negamus. Sed, mihi credite, venenum sub melle latet. Transfiguravit se angelus satanae in angelum lucis (cfr. 2 Cor 11,14): bene interpretantur hypostasin, et cum id quod ipsi exponunt habere me dicam, haereticus iudicor. Quid tam anxie unum verbum tenent? quid sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt, ut interpretantur, non damno quod retinent; si sic credo, ut ipsi sentire se simulant, permittant mihi meis verbis suum sensum loqui.

5. Quam ob rem obtestor beatitudinem tuam per crucifixum, mundi salutem, per homousiam Trinitatem, ut mihi epistolis tuis sive tacendarum sive dicendarum hypostaseon detur auctoritas. Et ne forte obscuritas in quo dego loci fallat baiulos litterarum, ad Evagrium presbyterum quem optime nosti, dignare scripta transmittere. Simul etiam cui apud Antiochiam debeam communicare significes, quia Campenses cum Tarsensibus haereticis copulantur, nihil aliud ambiunt quam ut auctoritate communionis vestrae fulti tres hypostases cum antiquo sensu praedicent.